

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Provinciæ princeps.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**Q**uod si regem Aegyptii, provincia tantum alicui jura legesque dantem pingere voluissent, di-  
midiatum ut apud Horum est, Anguem figurabant, per animal quidem Regem per segmen-  
Accidit an-  
no ab urbe  
cond. 142.  
tum vero quod non universo imperaret orbi, subindicantes: omnipotentem siquidem ex integro  
Dracone intelligi, superius ostensum est. Sane Anguis ille, qui Tarquinii Superbi animum per-  
culit, anxiusque reddidit, cum a columna lignea repente elapsus omnes vertisset in fugam, tota  
rei miraculo curia consternata, nimis significabat, novum & inexpectatum principem, eum  
demque juvenem L. Brutum, de columna lignea, hoc est, de stupore, quem diu simulaverat, pro-  
diturum. Lapis enim & caudex, pro stupido & alienata mentis homine, apud Comicos pon-  
tur.

## REX OPTIMUS. CAP. VIII.

**S**i vero regem optimum significare procuraissent (*ad Ann. 150* enim, non autem κάκιστον, in emendatis  
Hori codicibus habetur) Anguem utique in orbem collectum effingebant, cauda mordicus ap-  
prehensa, sed regis nomen in spira medio describebant. Quin etiam certam Anguis speciem, *ura* cognominatam, huic significato adhibebant. Cur vero Anguem fingerent sibi caudam admorden-  
tem, authores quos sequimur nusquam tradunt: sed si ariolari licet, indicabat, omnia usq; ad mini-  
ma, ultimaq; cura esse Regi, qui bonitatis nomen sit adepturus, cum ea praecipue de causa Sarda-  
napalus, & pleriq; alii infames habiti sint, simulac ad principatum pervenere, omni abjecta cura si-  
bimet tantum vacare, seque unos curare instituerunt.

## REX TUTELARIS. CAP. IX.

**Vigilantia  
in Regne-  
cessaria.  
Home, illa.  
β.** **Q**uod si Reges Aegyptii suum, vel alium quempiam in obeliscis aut monumentis aliis, curam po-  
puli sui gestisse regiam attestarentur, eumq; tutelarem fuisse commonerent, Anguem vigilem,  
vertice quippe surrectio, erectoq; peccatore sculpebant, cuiusmodi species adhuc plerisq; locis infor-  
mitur: hic vero pro Regio nomine Custos inscribebatur, utpote quod a que vigilabundum esse ob-  
ceat Regem, cui gentium regnique tutela sit cura credita: quare apud Homerum Somnus Neto-  
ris personam induitus, his verbis compellat Agamemnonem:

Οὐχὶ παντάχοις ἐνδέουν βεληφόρεν ἀνέρα,  
φλαστὸν θητεόν Φαταῖ, καὶ τόσα μέμηλε.

Quam sententiam ita reddamus:

Non decet ignavum tota perducere somnum  
Nocte virum, sub consilio, sub numine eius  
Tot populi degunt, cui rerum cura fidesque  
Credita summarum.

**Serpentis  
oculis.** Quod P. Scipio, vir aliqui rebus tot praeclare gestis omni laude major, cum minime prestataret, so-  
mnolentia taxatione male apud Romanum populum audiebat, author Plutarchus libro ad Trajanum Imper.  
de civili institutione. Sane vero Dracones a visu, quem acutissimum habent, nomen a-  
pud Graecos habuere. Palladi autem eadem de causa dedicatur, quia nomen id φέρει τὸ πίστυν  
θεῖν, καὶ βλέπειν καὶ φέρειν τὸν τοῦτον factum nonnulli tradunt, prudentiamq; hinc interpretantur,  
qua omnia propiciat, & ante omnes intelligat. Carpit Horatius quemdam, qui in amicorum viis  
tam acute cerneret quam Aquila, aut Serpens Epidaurius: puto proverbium secutus, ὁ Θωράκης.  
Neque temere Aristophanes finxit Angues duos Pluti oculos in gratiam Aesculapii lambere, cuius  
rei beneficio ille ex caco cerneret capiebat.

## HEROS. CAP. X.

**Draco cur-  
Heroibus  
dicatus.  
Encl. lib. 5.** **Q**uod autem Heroibus in universum Draco sacer habeatur, ea de causa Plutarchus, Agide, factu  
putat, quod ex medulla hominis serpens gigas soleat, quod non ignoravit Virgilius, cum ad  
Anchisa tumulum hac accidisse memoravit:  
— Adytis cum lubricus Anguis ab imis,  
Septem ingens gyros septena volumina traxit  
Amplexus placide tumulum, lapsusq; per aras:  
Cerulea cui terga note, maculosus & auro  
Squammam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus  
Mille trahit varios adverso sole colores,  
Objicit